



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis, viri
eruditissimi atque sanctissimi, Sermones In Evangelia De
Dominicis & festis aliquot solemnioribus totius anni,
insignes & peruetusti**

Petrus <Chrysologus>

Lvgdvni, 1623

De oratione, ieunio, & eleemosyna, Sermo XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50232](#)

Non dixit occidistis, furtum fecistis: sed esuriui ego,
 & non dedistis mihi manducare: De criminе non
 præstabit cauſas, cui de misericordia causa cōſtabit.
 Quare? quia date eleemosynam, & ecce ſunt vo- Luc. 11.
 bis omnia munda. Non iudicabitur de culpa, cui de
 largitate laus defertur à iudice: vindictam non exi-
 git, humanitatis debitum qui fatetur. Esuriui, in-
 quid, & non dedistis mihi manducare. Manducat
 Deus in cœlo panem, quem percepert pauper in
 terra. Quamdiu fecistis vni ex minimis iſtis, mihi fe-
 cistiſ. Da ergo panem, da potum, da vſtimentum, da
 tectum, ſi Deum debitorem, non iudicem viſ habere:
 nihil nos docebit in terra, ſi nobis in cœlo misericor-
 dia ſit patrona.

Matt. 25.

De oratione, iejunio, & eleemosyna, Sermo XLIII.

POpulis populariter est loquendum, communio
 compellanda est sermone communi, omnibus
 necessaria dicenda ſunt more omnium, naturalis
 lingua chara simplicibus, doctis dulcis, docens lo-
 quatur omnibus profutura: ergo hodie imperito ver-
 bo veniam dent periti. Tria ſunt, tria fratres, per quæ
 ſtat fides, conſtat deuotio, manet virtus; Oratio, Ie-
 iunium, Mifericordia. Quod oratio pulsat, impetrat
 iejunium, mifericordia accipit. Oratio, Mifericordia,
 Ieiunium, ſunt hæc tria vnum, dant hæc ſibi inuicem
 vitam. Eſt namque orationis anima iejunium; ieju-
 niſ vita mifericordia eſt. Hæc nemo reſcindat; ne-
 ſciunt separari. Horum qui vnum habet, iſta qui ſimul
 non habet, nihil habet. Ergo qui orat, iejunit; qui
 iejunit, misereatur; audiat petentem, qui petens
 optat audirit; auditum Dei aperit ſibi, qui ſuum
 ſupplicantis non claudit auditum. Ieiunium iejunator
 intelligat, esurientem ſentiat, qui vult Deum ſentire

K 2 quod

quod esurit: misereatur, qui misericordiam sperat: pietatem qui querit, faciat, qui praestare sibi vult, praester. Improbus petitor est, qui quod aliis negat, sibi postulat. Homo esto tibi misericordiae forma: sic quomodo vis, quantum vis quam cito vis, misericordiam tibi fieri: tam cito alij, tantum, taliter, ipse miserere. Ergo oratio, misericordia, ieiunium, sint unum patrocinium pro nobis ad Deum, pro nobis haec aduocatio sint una, una haec pro nobis oratio sit triforis. Haec sunt fratres, haec sunt quae tenent caeli arcem, quae secretum Dei iudicis pulsant, quae ante tribunal Christi causas humani generis exequuntur, quae iniustorum petunt indulgentiam: reorum veniam promerentur. Haec cui in caelestibus non assintunt, ipse non subsistit in terris: haec cum teneant in caelestibus principatum, in terris rerum summam moderantur, haec regunt prospera, haec aduersa propellunt, vitia extinguant ista, virtutes ista succendunt, haec reddunt casta corpora, corda pura, haec pacem membris, mentibus dant quietem, humanos ista sensus, scholam faciunt disciplinæ: per haec in templum Dei pectora humana consurgunt, haec hominem praestant angelum, homini deitatis deferunt haec honoré. Hinc est, quod fit horum suffragio Moyses Deus, & ad triumphos suos militare sibi omnia mandat elementa: iubet mare discedere, durari undas, profunda siccari, caelum pluere, dat frumenta, ventos spargere cogit carnes, noctem splendore solis illustrat, solem nubis temperat velamento, petram peruetit, ut de recenti vulnere frigida sitientibus det fluentia, primus dat terris legem caeli, scribit vitae normam, figit terminos disciplinæ. Per haec Elias nescit mortem, relinquit terras, caelos intrat, commoratur angelis, conuiuit

*Exod. 7.**Exod. 14.* fragio Moyses Deus, & ad triumphos suos militare*Exod. 16.* sibi omnia mandat elementa: iubet mare discede-*Exod. 13.* re, durari undas, profunda siccari, caelum pluere, dat*Num. 28.**Exod. 24.* frumenta, ventos spargere cogit carnes, noctem*Op. 75.* splendore solis illustrat, solem nubis temperat ve-

lamento, petram peruetit, ut de recenti vulnere

frigida sitientibus det fluentia, primus dat terris le-

gem caeli, scribit vitae normam, figit terminos

4. Reg. 2. disciplinæ. Per haec Elias nescit mortem, relinquit

terras, caelos intrat, commoratur angelis,

conuiuit

conuiuit Deo : & terrenus hospes supernas possi-
det mansiones. Per ista Ioannes fit angelus in car- *Marc. 1.*
ne, cælestis in terra , & auditu , visu , tactu , totam
solus capit, tenet , complectitur Trinitatem. Et nos,
fratres , si volumus Moysi gloriæ, Eliæ vitæ, Ioannis
virtutibus, omnium sanctorum meritis applicari, in-
sistamus orationi,vacemus ieunio, misericordiæ ser-
uiamus:qui in his vixerit, qui per ista fuerit commu-
nitus,iacula peccati , diaboli tela , mundi machinas,
vitiorum cuneos , mala carnis , voluptatū laqueos,
arma mortis,Christianus armiger , bellator dominici-
cus non timebit: sed nos qui ad incerta cōsurgimus,
qui inter insidias diē ducimus, qui horarū varietates,
momentorū motus, verborum lapsus,actuū pericula
sustinemus,quid est quod Ecclesiā manē nolumus in-
trare?quid est quod matutina prece totius diei custo-
diam nolumus postulare? quid est quod homini asta-
re toto tēpore libet, & Deo affistere nec pūcto libet?
Nō est nostrū fratres,nō est nostrū:inimici est ista sur-
reptio , decipere parat quos non patitur orationibus
cōmuniri. Quid de aduersis queritur,qui sibi prospe-
ra non precatur? Andiamus vocē Dei monentē:Ora- *Matt.26*
te,ne intretis in temptationem : In temptationem vadit,
qui ad orationem non vadit. Hoc sciens Propheta,
canrabat: Venite adoremus , & procidamus ante *Psal. 94.*
eum ; & ploremus coram domino qui fecit nos.
putasne ante Deum lachrymas fundere dignatur,
qui verba non dignatur expromere ? Magnificemus,
oremus , vel humano timore, si non amore diui-
no , si non inuitati bonis , vel coacti malis. Mala
tempora facit nobis contemptus Dei , temporum
cursus non facit. Quod ergo contempnu perdidi-
mus , ieuniis conqueramus, animas nostras ieuniis
immolemus; quia nihil est quod Deo præstantius of-

ferre possimus probante Propheta , cum dicit ; Sa-
crificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum
& humiliatum Deus non spernit. Homo offer Deo
animam tuam , & offer oblationem iejunij ; vt sit
pura hostia, sacrificium sanctum, viuens victima, que
& tibi maneat, & data sit Deo. Hoc qui non dederit
Deo , excusatus non erit ; quia datus se non potest
non habere. Sed accepta vt sint ista , misericordia
subsequatur ; iejunium non germinat , si de mis-
ericordia non rigetur ; siccatur iejunium misericor-
diæ siccitate, quod imber terris, hoc iejunio miseri-
cordia est. Quamuis cor excolat, carnem mundet, era-
dicet virtia, virtutes serat, si misericordiæ fluenta non
dederit, fructū non colligit iejunator. iejunator ager-
tuus misericordia iejunante iejunat ; iejunator quod
tu in misericordia fuderis, tibi in horreo hoc redun-
dat. Homo ergo ne seruando perdas , collige proro-
gādo; homo dādo pauperi da tibi; quia quod tu alteri
reliqueris, non habebis.

In Psalmum I. Sermo XLIV.

Peritus medicus , quoties vario languore defessis
plena desiderat conferre medicinam, altas ape-
rit morborum causas, latentes pestilentiæ exponit
incursus , pestiferas caueri commonet regiones,
quamplurima remediorum genera demonstrat, her-
barum vires pandit , medicamentorum loquitur
qualitates , obedientibus promittit longissimam sa-
nitatem : sic ægros arduas & asperas suadet , & per-
ducit ad curas. Hinc est, quod Propheta sanctus cor-
poris , animæque medicinam cœlitus prolatus,
impietatis profundos patefecit recessus ; opertos
peccatorum nudat morbos , iniquitates ostentat, se-
cretum virus, vitiorum naturas, origines delictorum,
radices